

NOTE.

Arner.) Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 1. sed rectius post Concilium Later. p. 2. c. 8. habetur...

C A P U T X.

Idem

Innovamus. Et infra: Nec quisquam alicui novas b pedagiorum exactiones sine auctoritate e Regum, & Principum consensu statuere...

NOTE.

Idem.) Alexander videlicet III. in Concilio Later. can. 22. ut notavi in c. 2. de regum, & pape, ubi exposui...

Dem.) Pedagogium proprie est tributum, quod exigitur pro transitu pedestri; sed late pro qualibet exactione ponitur...

COMMENTARIUM.

Tributa vestigialive tantum imponere potest Princeps non recognoscens superiore, seu Republica libera...

dra, quia praeferat Episcopo ob honorem cathedrae, Conc. Brachar. 2. can. 2. Toler. 7. can. 4. Cathedra autem in sacris canonibus significat principale munus Episcopi...

mini principales ob malas consuetudines, idest novas, & improbas exactiones, ut refert Robert. Montensis ad an. Christi 1166. Vvillelmus Talavacius, Comes Sagienfis...

C A P U T XI.

Idem a Cantuar. Archiep.

CUM Clerici. Et infra: Ad haec quia sunt Clerici quidam, qui cum religiosi viris collusione facta, citra auctoritatem Diocesani Episcopi Ecclesias quas tenent...

NOTE.

Cantuar.) Ita etiam legitur in capite 17. de simon. in prima collectione, & in cap. cum clericis, de pallis...

prima collectione, & in cap. cum clericis, de pallis, ubi integram litteram hujus textus dedi, & similiter commentarium invenimus supra in cap. prohibemus.

C A P U T XII.

Idem

EA que de avaricia, & cupiditatis radice procedunt, & in speciem simoniaca pravitatis erumpunt, penitus extirpanda sunt: & que de tribulis, & spinis procedunt...

NOTE.

Idem.) Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. de simon. c. 15. ex qua litteram transcribo post Conc. autem Lat. p. 2. c. 5. legitur, idem in Conc. Turon. sed rectius emendavit...

c. 20. ibi: Eichelhoffus eas insula partes, quas pater imperio acquiserat, Pontifici Leoni IV. vestigales fecit, Inam, & Offam Reges predecessores imitatus...

COMMENTARIUM.

IN secunda parte hujus textus, quam in presenti transcripsit Raymundus, agitur de censu, seu tributo, quod denarium D. Petri Latine, Anglice vero Ramsforth, dicebatur...

quoque totius fere insulae imperium. Unde in legibus Anglie, & statutis Willelmi secundi, titulo de denario S. Petri, ita legitur: Omnis qui habuerit 200. denarios vixit pecunia...

fint, & sibi mille, vel amplius usurpariat. Ut igitur jus Ecclēsię Romanę servetur illatum, discretioni vestre presentium auctoritate districte precipiendo mandamus, quatenus prius recipientes ab eis denarium ipsam, prout hactenus exsolverunt, & eos ad id, si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compellentes, firmiter postmodum ex parte nostra injungatis eidem, ut residuum cum integritate persolvant. Non enim videmus, quo jure valeant se tueri, cum nec concessionem possint ostendere a Sede Apostolica sibi factam; nec centenariam contra Romanam Ecclesiam praescriptionem probare, maxime si tempora schismatum subducantur. Si tamen de jure voluerint experiri,

præfatis eis terminum competentem; quo per responsales idoneos nostro fidei conspectui repræsentent, quicquid juris super his habuerint, ostentari, profectione præmissa, quod si iudicio duxerint contendendum; nos quicquid hactenus est subtractum, in ipso iudicio repetemus. Datum Laterani V. Kalend. Februar. Pontificat. nost. anno XVI. // Alia edita Alteserra libro 3. dissertationum, capite 12. De hoc denario Divi Petri agunt Petrus Blesensis in tractatu contra depravationem, Matthæus Vvestmonasterii in scribitus Anglię, anno 677, & 794. Rogerius par. 2. ad annum 1180. quorum verba refert novus Notator Petrus Blesensis ad dist. investituram.

C A P U T XIII.

a Lucius III.

Significavit T. nobis Rector Ecclesię de Sultig, quod cum a dilecto fil. Abbate, & Monachis de Clansig ad regimen Ecclesię ipsius electus fuisset, de solvendo annuo censu trium marcharum, quem prædecessor suos solverat, præstitit corporaliter sacramentum: postmodum ven. f. n. N. Bahanen. e. Episcopus, in cuius diocesi Eccl. ipsa consistit, ne ipsum censum monachis solveret, nisi prius constaret, a quod Episcopali auctor. fuisset impositus, in periculum ordinis sui, & sub interminatione anathematis interdixit. Unde prædictus Rector hinc perjurii reatum metuit, & inde timet inobediencię periculum imminere. Quocirca f. t. per A. f. m. quat. partibus ante presentiam vestram convocatis, si tibi præfatum canonem de auctor. Præfatus, non de novo impositum fuisse constiterit, Episc. auctor. nostra precipiat, ut prohibitionem sine dilacione relaxet. Si vero census sit de novo impositus, sive auctor. Episcopi hoc factum fuerit, sive non, Abbates, & monachos, ut clericum a juramento e. absolvant, & ab solvant, ap. rem. ecclesiast. districtione compellas. Pati enim nec debemus, nec volumus, ut Ecclesię censu novi exactione ventur.

NOTÆ.

a Lucius III. Ita etiam legitur in 2. collect. sub hoc tit. cap. 1. nullibi tamen exprimitur cui rescribat Pontifex: ex ipsa autem 2. collect. textum hunc transcribo. Electus fuisse.) Præfatus videlicet, juxta tradita in c. 1. de capel. monach. b Corporaliter sacramentum.) De hac forma juramenti egi in c. fin. de juram. calumnia. c Bahanen.) Bathua, seu Bathana Ecclesię Episcopalis erat

in provincia Osrhoena, sub Patriarcha Antiocheno, cujus Episcopus Abrahamus subscripsit Concilio Constantiopolitano quinto generali, ut refert Carolus a Sancto Paulo in Geographia sacra, fol. 303. d Constaret.) Quia non erat ita diuturnum tempus elapsum ut talem licentiam præfatis præsumeretur, ut docuit Gilkenius de prescrip. 2. p. membro 1. c. 5. e Juramento absolvent.) Juxta tradita in c. 1. debitores, de juratur.

C A P U T XIV.

Idem a Ravenat. Episcopo.

Supra iudicio Sedis Apost. quæstiones scripto ad memoriam perpetuam commendantur, ne per oblivionem processu temporis valeant suscitari. Ut autem habeat majorem sententia fortitudinem, Apost. scripti munimine roboratur. Sane cum inter te, & monasteria Bonon. tam monachorum, quam monialium, super procuracionibus, quas ab eis exegeras, controversia verteretur, causam ven. f. n. H. Atinien. b Episcopo commissimus audiendam. Postmodum vero dil. filius N. Abbas S. e. Proculi, aliorum omnium procurator, sicut ex literis, quas portavit, apparuit, & ipse in manu Episcopi jamdicti data fide firmavit, coram nobis, & fratribus nostris pro omnibus aliis monachis, S. Damiani, & S. Bartholomæi exceptis, qui super hoc quæstionem minime referebant, diutius litigavit. Verum nulla pro parte sua privilegia Rom. Ecclesię, vel Ravenat. exhibuit, nec ostendit longa consuetudine se munium; sed tu firmiter ipsas in aliis monasteriis tue provincię asserens sine contradictione præstari, eas prædecessoribus tuis in monasteriis Bonon. exhibitas, per testes idoneos probavisti. Inde utique fuit, quod deliberatione cum fratribus habita, vidimus intentionem tuam jure communi, & prædecessorum tuorum consuetudine adjuvanti. Eapropter tuis iustis petitionibus annuentes, monasteria supra dicta de communi consensu fratrum condemnavimus ad procuracionem, secundum facultates eorum tibi, tuisque successoribus exhibendam; & adjudicantes eam vobis in jamdictis Ecclesiis, & monasteriis universis, sententiam quam protulimus, nostra duximus, & fratrum nostrorum subscriptionibus roborandam.

NOTÆ.

a Ravenat. Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 2. & suppleandum est, Gerardo, cui rescribit Lucius in present. ut de eo agens presentis litis historiam refert Rubens lib. 6. hist. Roman. fol. 356. in hæc verba: // In sequenti anno, postquam diu litigatum apud Pontificem, & Cardinales fuerat, ab eodem Pontifice decretum etiam est, uti Bononiensis, tam monachorum, quam sacrarum virginum coenobia, extra D. Bartholomæi, ac Damiani, certam pensionem quarantus procuracionis nomine Archiepiscopi Ravenatibus persolverent: cum D. Proculi Abbas ceterorum coenobiorum procurator nihil pro Bononiensibus, quod satis urgeret, apud Henricum Albanum Episcopum, cui Pontifex causam mandaverat cognoscendam, attulisset. Literæ extant hæc de Pontificis iij Non. Jan. Verone date. b H. Atinien.) Legendum est, Henrico Albavensi, ut ex Rubeo proxime relato constat. Henricus hic de Calromarsico, natione Gallus, Abbas Clareval. ab Alex. III. invitatus consecratus est Episcopus, & Cardinalis Albanensis, ut refert Ughellius tom. 1. Ital. sac. fol. 294. n. 26. c S. Proculi. De quo monasterio nonnulla notavi in c. 1. ut lite non contest.

Senonens. Archiepiscopo, ait: // Cam ex officii sui debito Senonensem provinciam visitaret. // Et ex c. cum super, hoc tit. ubi Gregorius IX. confirmaturus se dixit excommunicationis sententiam, quam in eos ferret Beneventanus Archiepiscopus, qui ipsi visitanti provinciam suam procuracionem ratione visitacionis debitam persolvere nollent. Et Innocentius IV. in c. 1. Bonifacius VII. in c. fin. hoc tit. lib. 6. prescribunt formam servandam ab Archiepiscopo dum visitat Ecclesię suffraganeorum suorum: // Et in c. cum ex eo, e. ubi supra, de prescrip. & remiss. supponitur, Archiepiscopo, dum visitat provinciam suam, posse concessiones subditorum suffraganeorum audire. Unde Ivo Carnot. epist. 182. Daibertum Archiepiscopum suum Senonensem orat, ut Ecclesię Carnotensem visitaret, ut de excessibus quorandam Clericorum plenius instrueretur, eosque corrigere posset. Et Gregorius IX. in c. penult. de arbit. Abbatissę Joretens. scribens statuit, quod cum questio olim suborta esset inter Archiepiscopum Senonensem ex una parte, & monasterium Joretense ex alia, super eo quod idem Archiepiscopus assererat, monasterium illud Metropolitanico jure sibi parere, procuracioneque ab eo pro visitacione exigeret, & compromissum inter eos factum fuisse, illum ratum habuit. Idem etiam deducitur ex epistola 76. Stephani Tornacensis, & hæc potestatem visitandi propriam Provinciam in Archiepiscopi agnoscat Marianus de visit. n. 7. vers. 3. Riccius de prescrip. Archiep. privileg. 16. Celaz de Ecclesi. Hierarch. disp. 5. §. 2.

COMMENTARIUM.

Archiepiscopum non solum Ecclesię suę diocesis, verum & subiectas suffraganeis suis, tam seculares, quam regulares visitare posse, in hoc textu supponitur, & probatur in c. cum ex officio, de prescrip. ubi cum agat Innocentius de

Contrarium tamen, imo Metropolitanum tantum jus habere visitandi propriam Metropolim, quando suffraganeis negligens est, & ita ob ejus negligentiam devolvit jus visitandi ad Archiepiscopum, docuit Glossa verbo Metropolitanus, in c. 9. q.

9. q. 3. pro cuius sententia facit idem textus, ibi: // Nullus Primas, nullus Metropolitanus, nullusque reliquorum Episcoporum alterius ad eam civitatem, aut ad possessionem accedere, quæ ad eum non pertinet, & alterius est parochia, nisi vocatus ab eo, cujus juris esse dignoscitur; aut quicquam ibi disponat, vel ordinet, si sui gradus honore potiri voluerit. // Moveri etiam poterat Glossa auctoritate 8. Synodi sub Hadriano II. actioe 10. can. 19. in edit. Anast. Biblioth. quo canone sugillatur avaritia Metropolitanorum, qui sub obtentu visitacionis proficiscerentur ad Ecclesię suffraganeorum suorum, & indebitas procuraciones exigebant: // Universim, siquidem definit hæc Synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriam Ecclesiã, sub occasione quasi visitacionis ad alias accedere, & potestate propria in inferiores abuti, & consumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad Ecclesiasticam dispositionem, & alimentum pauperum: & excepta hospitalitate, quæ ex necessitate transita accesserit, iterum nihil aut exigere, aut recipere ex iis, quæ sunt Ecclesię, vel suffraganeę. // Nam videtur illis in verbis Synodus jus visitacionis faciendæ, aut procuracionis prætextu visitacionis exigendæ Metropolitanis omnino denegasse: & sane similis visitacionis rara exempla sunt primis Ecclesię sculis: imo Nicolaus I. in epist. ad Radulphum

Archiepisc. Bituric. & Ivo Carnot. epist. 83. & 87. docent, invitatis Episcopis Provincia Metropolitanam in Ecclesiis com provincialium nihil posse: quod & docuit Gratianus in fine 9. q. 3. & in d. c. cum ex officio, docetur, Archiepiscopum Senonensem sententiam excommunicationis protulisse in eos, qui tempore visitacionis illi procuraciones denegabant. Igitur quia jure communi attentio, id facere non poterant. In qua difficultate, imo & juri in antinomia, credo eum Hallerio de Ecclesi. tit. arch. l. 4. tit. 4. §. 6. non fuisse solitos Metropolitanos olim integrę alicujus Diocesis suffraganeę sui, nisi ob valde gravem causam, visitacionem aggredi, sed dumtaxat vel invitatos, seu ut scandalo aliquando, vel malo publico occurrerent, ad Ecclesię suffraganeorum accessisse: postea vero ut ordinarię negligentię suffraganeorum moderamen imponeret Ecclesiã, nec tamen illos negligentię notaret, Metropolitanis integram visitacionem permisisse; ita tamen temperata eorum auctoritate, ut & utilis esse posset, & tamen suffraganeorum Episcoporum auctoritati minime præjudicaret, sed eam corroboraret potius, quam infirmaret: tandem Concil. Trident. eandem facultatem Archiepiscoporum visitandi Ecclesię suffraganeorum, sess. 27. restrinxit, statuens ut non possint illi provincias eorum visitare, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali.

C A P U T XV.

a Clemens III.

Gravis admodum, & correctioe dignissima nuper querela in audientia est nostra proposita, quod salva conscientia sub dissimulatione transire non possumus. Cum enim Ecclesiasticę personę Ecclesię quamplures in Simon. diocesi habeant, cum eas vacare contigerit, non aliter quemquam ad ipsarum regimen volunt vocare, nisi aut novum censum in Ecclesiis illis imponant, aut veterem contra constitutionem Concilii b. Lateran. augmentent, ad ipsius solutionem instituentium presbyterum juratoria quandoque, vel fidejussoria cautione cogentes: quandam etiam partem suis usibus reddituum applicare contendunt, unde sæpe contingit, ut diocesano Episcopo excessus hujusmodi ignorante, vel eo minime requisito, in Ecclesiis illis inducant pro sua voluntatis arbitrio sacerdotes. Quoniam igitur prædictas constitutiones Concilii pati nolumus, neque debemus aliquorum injuria violari, disse. v. per A. f. m. quat. cum super hoc fuerit requisiti, partibus ad vestram presentiam convocatis, quæcumque noveritis contra constitutionem prædictam super Ecclesiis illis, vel earum censu ab aliquibus a tempore constitutionis attentata, contradictione, & ap. cels. in irritum revocantes, ab augmentatione censuum Ecclesię penitus absolvatis, & ad statum debitum reducat: presbyteros, quos super his juramenta illicita præstitisse noveritis, congrua satisfactione imposita, facientes absolvi: eos etiam, quos de cetero contra formam canonum super his venire noveritis, sine cuiuscumque personę acceptioe, sub ap. ob. censura canonica puniat.

NOTÆ.

a Clemens III. Ita etiam legitur in 2. collect. sub hoc tit. c. 4. nullibi tamen exprimitur Præfatus, cui rescribat Pontifex. b Lateranen. augment.) Ex his verbis aperte deducitur, in Concilio Lateran. relato in c. prohibemus, hoc tit. non fuisse

aliquid noviter statutum circa novi census impositionem, quia jam illud veteribus canonibus, quos concessi pro confirmatio. ne illius textus, prohibuitur erat; sed tantum circa augmentum census jam impositi: & in hac parte novum jus ibi statuitur deinceps observandum. Commentarium hujus textus de di in eo textu.

C A P U T XVI.

Innocentius III. Abbati, & Conventui a Bellevilla.

Quanto Creatori vestro sub Religionis habitu adstricti estis, tanto sollicitius nos convenit providere, ne per immoderati oneris gravitatem aliquatenus possit in vobis monastici profectus ordinis impediri. Accipimus autem, vobis significavit, quod ab ipso domus vestre fundacionis primordio de fundatoris voluntate processit, ut fratribus S. Irenæi procuracionem unam annis singulis liberaliter exhiberetis, cum terras, vel redditus non tenentis ab eis, propter quos hujusmodi procuratio ipsis debeat exhiberi. Verum tunc temporis propter fratrum, & servientium paucitatem domum vestram exhibita procuratio non gravabat, cum fines levium non excederet expensarum: sed nunc tantum ibi excrevit numerus fervorum, & fratrum, quod ad faciendam procuracionem vix modo quatuor marcha sufficerent, quæ pro una sufficienter fieri consuevit. Ut igitur per Apostolicę sollicitudinis curam vestris possit in parte illa gravaminibus provideri, auctoritate vobis presentium indulgemus, ne ultra primam mensuram in procuracione ipsa sitis ulterius prædictis fratribus obligati, sed expensis illis, quæ sufficere consueverant, sint contenti, nisi forte facultates Eccl. vestre in tantum excreverint, quod sine gravamine, ampliato fratrum numero, ad solvendum debitum procurandi extendi possit quantitas expensarum. Nulli ergo, &c. Datum, &c.

NOTÆ.

a Bellevilla.) Ita etiam legitur in 3. collect. sub hoc tit. c. 1. & in epistolis ipsius Pontificis editis Colonia, fol. 65. ex quo Godice ita restituo textum hunc. Bellevilla oppidum est juxta Ararim, in regione Bellojocensi, Diocesis Lugdunensis, ut refert Papius Mazonius in descript. fin. Gall. fol. 390. ab eo nonnisi aempe monasterium hoc Ordinis D. Augustini, conditum ab Humberto anno 1160. de quo agunt Fratres Sammarth. tom. 4. Gallia Christ. fol. 144.

fit cessura felicitas. // Et lege si mercei 25. §. vis maior, ff. locati: faciunt textus in l. 1. c. in quibus causis coloni, lib. 11. lege cum satis 22. §. serviant, C. de agricolis, lib. 12. Docent Valacius de iure empir. q. 16. n. 2. & q. 27. in fine; aliiis relatis Amya in l. 4. c. de annatis & tributa, et in l. unico. C. de collat. donatorum, nu. 16. Rodriguez de annatis reddendis, lib. 1. q. 12. ex n. 9. & nos in cap. proter. de locat. Ratio est, quia debet attendi alimentum rei juxta tempus, quo onus, seu tributum imponitur a contrahentibus vel testatore, l. usorem 41. §. de iustamento 4. l. nonnulli §. f. h. l. testatorem 68. §. præditi, ff. de legat. 3. l. si 117. de auro & negotio, l. Aurelius 28. §. 1. h. fin. §. 1. ff. de liberat. legat. Menochius de presump. lib. 4. presump. 227. nu. 1. & quamvis augeantur res, in quibus opera imposita sunt, non debet id cedere in dampnum ejus, qui ad solutionem oneris, vel pensionis urgetur, cum potuerit legem apertius dicere qui onus imposuit, l. quicquid 99. ff. de V. O. & in id quod præfens erat, magis consensisse contrahentes verofamilis est, quam in id quod futurum, & incertum erat, l. si in 9. ff. de auro & argento. // Accedit, quod nullum præjudicium sequitur illi, qui pensionem percipit ex augmento provenientem, imo majori securitate gaudet, ut solatio debite pensionis illi fiat: quare æquum est,

COMMENTARIUM.

Errum est, auctis fructibus locati prædii censum debentis, non augeri pensionem ipsius, lege fin. C. de aliviciop. l. penult. C. de omni agro, lib. 11. l. 2. c. de fundis rui privata, eod. lib. ibi: // Unaquæque villa cum eo onere, cui non habetur obnoxia, ad novi Domini jura migrabit, ut si quid adjectum erit sumptus, coram, vel salaria, quæcumque mancipiorum, vel pecoris accreverit, capitacionis, aut canonis augmenta non pariat, sed solis Dominis, hæreditive dominorum

BIBLIOTECA CENTRAL U. A. N. E.

da sub silentio, verum potius debent committi monumentis literarum, ut eorum recordatione ad imitationem bonæ operationis inventur. Ea propter ego Ramirus Rex, & a Dno mihi conjuncta Urraca Regina, cum filio nostro Rege Ordono, & fratre meo Rege Garzia, oblationem nostram, quam gloriosissimo Apostolo Dei Jacobo fecimus, cum assensu Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & nostrorum Principum, & omnium Hispaniæ Christianarum, committimus observationi, ne forte successores nostri quod a nobis factum est, per ignorantiam teneant irrumperè, & etiam per recordationem nostræ operationis ad similitudinem operandum moveantur. Causas, quibus ad faciendam istam oblationem contempserunt, scribimus, ut ad notitiam successorum referentur in posterum. Fuerunt enim in antiquis temporibus (circa destructionem Hispaniæ a Saracenis factam, Rege Roderico dominante) quidam nostri antecessores pigri, negligentes, desides, & inerte Christianorum Principes, quorum utique vita in illi fidei iam imitanda: hi (quod relatione non est dignum) nos Saracenum infestationibus inquietarent, constituerunt eis nefandas redditis annuatim persolvendo, centum videlicet pellas excellentissimæ pulchritudinis, quinquaginta de nobilioribus, quinquaginta vero de plebe. Proh dolor! & exemplum posteris non oblatum verum per actione pacis temporali, & transitoria tradebatur cariva Christianitas luxuria Saracenorum explenda. Ex prædictarum Principum semine nos procreant, ex quo per Dei misericordiam Regi suscepimus gubernacula, divina inspirante bonitate prædicta nostræ gentis opprobria cogitavimus communicavimus consilium primo Archiepiscopo, Episcopis, Abbatibus, & religiosi viris; postmodum vero universis nostri Regni Principibus. Acceptor tandem sano, & salubri consilio, dedimus apud Legionem legem populis, & posuimus consuetudines per universas nostri Regni Provincias observandas. Deinde universis nostri Regni Principibus edictum commune dedimus, quatenus quoque robustos, & ad præliandum fortes viros, tam nobiles, quam ignobiles; tam equites, quam pedites, ab extremis nostri Regni finibus evocarent, & usque ad constitutum diem expeditionem facerent congregare. Archiepiscopus, Episcopus, Abbat, & religiosi viros, ut interessent, rogavimus, quatenus eorum orationibus nostrum per Dei misericordiam augmentaretur fortitudo. Completum est itaque imperium nostrum; & relictis ad excolendas terras tantummodo debilibus, & ad bellandum minus idoneis, congregati sunt ceteri, non de nostro imperio, sicut solent invari, sed Deo ducente per Dei amorem spontanei. Cum hi ego Rex Ramirus (de misericordia Dei potius, quam de gentis nostræ multitudine confidens) peragratis interjacentibus terris, iter meo exiis direxi in Naxeram, ac deinde declinavi in locum qui nuncupatur *Albilla*. Interim autem Saraceni nostrum adventum (sana præcone) cognoscens, omnes estimarini in unum contra nos congregati sunt; transfarinis etiam per litteras, & nuncios in suum auxilium convocatis, invaserunt nos in multitudine gravi, & in manu valida. Quid plura? quod sine lacrymis non recordamur, peccatis exigentibus, multis ex nostris corruentibus, percussis, & vulneratis, conversi sumus in fugam. & confusi pervenimus in collem, qui Clavium nominatur, ac ibi in una mole congregati, totam fere noctem in lacrymis & orationibus contempsimus, ignorantes ex toto quid in die estemus postea facturi. Inveia somnus arripuit me Regem Ramirum cogitantem multa, & anxium de periculo gentis Christiane. At mihi dormienti B. Jacobus Hispaniarum protector corporali specie est se præsentare dignatus. Quem cum interrogassem cum admiratione, quoniam esset? Apostolum Dei B. Jacobum se esse, confessus est. cum ad hoc verbum ultra quam dici potest, obstupuissem, Beatus Apollolus ait: Numquid ignorabas, quod Dominus noster Jesus Christus alias provincias aliis fratribus meis Apostolis distribuens, totam Hispaniam meæ tutelæ per sortem deputasset, & meæ committeret protectioni? Et manu propria manum meam adstringens, confortare (inquit) & esto robustus. Ego enim ero tibi in auxilium, & mane superabis in manu Dei, Saracenum, a quibus obsessus es, innumerabilem multitudinem. Multi tamen ex tuis, quibus jam parata est aterna requies, sunt instante pugna pro Christi nomine martyrii coronam suscipituri, & ne super hoc detur locus dubitationi, & vos, & Saraceni videlicet me constanter in albo equo, dealbata grandi specie vexillum albam deferentem. Summo igitur mane facta peccatorum vestrorum confessione, & accepta poenitentia, celebratis Missis, & accepta Domini corporis, & sanguinis communione, armata manu ne dubitatis invadere Saracenum acies, invocato nomine Dei, & meo, & pro certo noveritis eos in ore gladii ruituros. Et his dictis evanuit a conspectu meo visus desiderabilis Dei Apollolus. Ego autem pro tanta, & tali visione vehementer e somno excitatus, Archiepiscopi, Episcopi, Abbatibus, & religiosi viris scorum vocatis, quidquid mihi fuerat revelatum, lacrymis, & singultibus, & nimia contritione cordis eodem ordine propalavi. Illi ergo in oratione prius provolvit, Deo & Apollolo pro tam admirabili consolatione gratias egerunt innumeratas, ac deinde rem ministrare (prout nobis fuerat revelatum) festinavimus. Armata itaque & ordinata nostrorum acie venimus cum Saraceni in pugnam; & B. Dei Apollolus apparuit, sicut promiserat utrique, intelligendo, & in pugnam animando nostrorum acies; Saracenum vero turbas impediendo, & diverberando. Quod quæsitio nobis apparuit, & cognovimus Beati Apolloli pro-

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.E.

misionem impletam, & de tam præclara visione exhilarati, nomen Dei, & Apolloli in magnis vocibus, & unio cordis affectu invocavimus dicentes: Adjuva nos Deus, & S. Jacobo. Quæ quidem invocatio ibi tunc primo fuit facta in Hispania, & per Dei misericordiam non in vanum; conamque die coronatus ceteri septuaginta millia Saracenum. Tunc etiam evertis eorum munitioibus, eos insequendo, civitatem Calatoram cepimus, & Christianam religioni subjecimus. Tantum igitur Apolloli miraculum post insuperatam victoriam confiderantes, deliberavimus statuerè Patrono, & Protectori nostro Beati Jacobo donum aliquod in perpetuum permanfurum. Statutum ergo pro totam Hispaniam, ac in universis partibus Hispaniarum, quatuordecimque Deus, sub Apolloli Jacobi nomine dignetur a Saraceni liberare, volumus observandum. Quatenus de unoquoque iugo bono singule mensura de meliori fruge ad modum primitiarum; & de vino similiter ad vicium Canoniconum in Ecclesia B. Jacobi commorantium, annuatim ministris ejusdem Ecclesie in perpetuum persolvantur. Concessimus etiam, & in perpetuum confirmavimus, quod Christiani per totam Hispaniam in singulis expeditionibus, deo eo, quod a Saraceni acquisierint, ad mensuram portione unius militis glorioso Patr. nost. & Hispaniarum Protectori B. Jacobo fidei re attribuantur. Hac omnia diximus, vota, & oblationes (sicut superius diximus) per juramentum nos, omnes Christiani Hispaniæ promissimus annuatim Ecclesie B. Jacobi, & damus pro nobis & successoribus nostris canonice in perpetuum observanda. Petimus ergo, Pater Omnipotens Æternus Deus, quatenus intercedentibus meritis B. Jacobi, ne memineris Dominum iniquitatum nostrarum, sed solatua misericordia nobis profici in dignis. Et ea que ad honorem tuum B. Jacobo Apoll. tui dedimus, & offerimus de eis, que per te (sipo supplicante) acquisivimus, nobis, & successoribus nostris proficiant ad remedium animarum, & per eius intercessionem nos recipere digneris cum electis tuis in aeterna tabernacula, qui in Trinitate vivis & regnas in sacula sæculorum. Amen. Volumus etiam, & in perpetuum statuimus tenendum, quatenus quicumque ex genere nostro, vel aliorum descendit, semper suam præstet auxilium ad prætaxata B. Jacobi Ecclesie donativa. Quod si quis ex genere nostro, vel aliorum, ad hoc nostrum testamentum violandum venerit, vel ad implendum non adjuverit, qui quis ille fuerit, clericus, vel laicus, in inferno cum Juda traditoribus, & Dathan, & Abiron, quos terra vivos absorbit, damnatur in perpetuum; & filij eius fiant orphani, & uxor ejus vidua, & regnum ejus temporale accipiatur alter, & a communione corporis, & sanguinis Christi sit alienus; aeterni vero regni participatione privetur perenniter. Insuper Regi Majestatis, & Ecclesie B. Jacobi per medium sex mille libras argenti pendat, & hoc scriptum semper maneat in robore. Nos etiam Archiepiscopi, & Episcopi, & Abbates, qui illud idem miraculum, quod Dominus noster Jesus Christus famulo suo Illustri Regi nostro Ramiro, per Apollolum suum Jacobum dignatus est monstrare, propriis oculis Deo juvante vidimus, & prædictum ipsum Regis nostris, & nostrum, & totius Hispaniæ Christianitatis factam in perpetuum confirmamus, & canonice sancimus observandum. Si quis ad hoc scriptum, & Ecclesie B. Jacobi donativum irumpendum venerit, vel perolvere venerit, qui quis ille fuerit, Rex, vel Princeps, rusticus, clericus, vel laicus, cum maledictionibus, & excommunicacionibus, & cum Juda traditore gehennali pœna dampnans in perpetuum cruciandam: Hoc idem successores nostri Archiepiscopi, & Episcopi faciant devoto annuatim. Quod si quis renuerit, omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus sancti auctoritate, & nostra damnetur, & excommunicacione, & potestate sibi a Deo tradita reus teneatur. Facta scriptura consolatoriois, donationis, oblationis hujus in civitate Calatoræ noto die octavo Kal. Junii, æra DCCCLXXXII. Ego Rex Ramirus cum conjugæ meæ Regina Urraca, & filio nostro Rege Ordono, & fratre meo Rege Garzia, hoc scriptum, quod fecimus, proprio robore confirmamus. Firmatum privilegium hoc Romani Pontifices Paschalis II. Alex. III. Innoc. III. Honor. III. Alex. IV. in suis Bullis, quæ referunt Castell. in *hyst. D. Jacobi lib. 2. c. 24. necnon & principes facultates*, Alfonso VII. anno 1150. ut referunt Morales 3. p. *hyst. lib. 3. c. 52. D. Ferdinand. IV. æra 1342. D. Alfonso. XI. & D. Petrus ejus filius, & D. Joannes II. anno 1347. Reges Catholici anno 1487. & referunt innumerati Historici. D. Rodericus Archiep. de *rebus Hispan. lib. 4. c. 13. D. Lucas Tudensis c. 49. hyst. gener. Hispan. p. 66. 11. Frater I. Gil. de Zamora Illustrium personarum littera B. verbo Ramirus I. Episcopus Palentinus p. *hyst. Hispan. c. 10. Carthag. in *anac. lib. c. 54. Volaterran. lib. 2. c. 27. Balleus in *chron. Hispan. anno 852. Ambrosius a Morales p. 1. lib. 9. c. 8. & 3. p. *lib. 13. c. 52. Melicas p. *hyst. Pen. lib. 4. fol. 240. Mosen. Diego de Valera in *chron. Hispan. Villegas in *vita S. Jacobi, Marmol. in *hyst. Africa. lib. 2. c. 22. fol. 109. Garibay in *compend. hyst. lib. 9. c. 18. Mariana lib. 7. de *rebus Hispan. c. 13. Taraha in *vita ipsius Ramirus I. Alfonso de la Spina in *for. tal. *judic. lib. 4. de bello Saracen. vers. 39. Argot de Molina lib. 1. *mobiliari. c. 106. D. Franc. a Quevedo in *sermone alleg. pro patronatu D. Jacobi, pag. 187. & 189. Fr. Joannes Marieta *hyst. Eccles. lib. 1. c. 7. Villadiego in *foro judic. in *caus. Regum Hispan. anno 843. Manuel Correa in *catalogo *hyst. Regum, in *Ramirus I. Madeta *Monarch. Hispan. c. 8. Fr. Hieronym. Roman. 1. p. *Reip. lib. 6. c. 2. & 2. p. lib. 4. c. 13. Marinese Sicil. de *rebus Hispan. lib. 7. post *prinsep. Motta. *lib. 1. Ordinis D. Jacobi, c. 1. & 7. Rocamora in *catalog. Regum Hispan. p. 844. Guardiola in *notitiis. Hispan. c. 34. Bæuer. lib. 1. c. 11.******************************

2. *hyst. cap. 31. Salinas in *hyst. belli Clavij. Castell. Ferrer. in *hyst. D. Jacobi, Yepes in *chron. D. Benedicti, cap. 1. anno 1181. cap. 7. qui referunt aliam scripturam similit. voti facti a Comite Ferdinand. Gonzales D. Miliano, ubi ait, se votum illud nuncupare ad similitudinem voti concepti a Ramiro. Illustr. *Marique *annal. *Cister. tom. 3. anno 1181. c. 7. *Altelevra lib. 4. *differe. c. 7. Hucufque historiam, & originem hujus voti retulimus: nunc ad nostrum Innocentium accedamus. Cum ergo obligatio hujus voti realis obligaret non solum Regem ipsum, verum etiam in posterum, & ejus Regum, quia emissum fuit votum a Rege, & regni Proceribus pro universal! Regno in comitis generalibus, præsentibus Prælati, & Regi Proceribus, ideo successores & habitatores in ipso Regno in perpetuum teneantur ex ipsa obligatione reali votum exolvere; quia licet genus mutetur, semper tamen regnum durat, *leg. *proponatur, ff. de *judic. l. *sent. §. si. ff. *quod *cuique *universi. l. 3. tit. 9. lib. 1. *recopil. l. 5. tit. 15. pag. 2. *Zyppeus *contra *Castellan. lib. 2. c. 13. Joannes Seldenus in *vari *diuiss. lib. 1. cap. 21. ex multis *Valencia lib. 3. *Illustr. *tract. 4. cap. 2. Inde hanc obligationem agnoscentes Episcopi Zamorensis, & Salamantia, consuluerunt Innocent. III. an agricolæ illi, qui per longum tempus mensuram tritici ratione hujus voti debent non perolverant, cum cogenter aut præstare, debent solvere majorem mensuram, ut in ipsa regione, videlicet regno Legionensi, alii volebant; an vero minimum solvendo liberentur? Et videbatur majorem mensuram eos solvere debere, quia licet in duobus quod minimum est, *se. *umar, l. *quod *10. l. in *ambiguis 179. ff. *de *R. J. l. *Meda 144. ff. *de *usu *legati. & cum de mensura promissa non constat, ad minimum redigatur petitio, l. *si *ita 14. l. cum *servus 58. §. *Seo, ff. *de *usu.**

tamen favore Ecclesie, & pie causæ generalis promissio latissimam recipit interpretationem, ut in *leg. *Tista, §. *jamper, & §. *Sera, ff. *de *usu & *argent. ubi docetur legatum relicto templo tale esse interpretandum, videlicet ut si quis legavit Ecclesie calcem, non credatur legatum fuisse calcem annuum, sed præstandum esse argenteum. Faciant alia, que adducit Garraña in præfati. Igitur & in præfati casu major mensura præstanta erat. Sed adhuc Innocentius distinguit ita, ut si alii habitatores ipsius regionis, qui vorum continuo exsolvent, unam, & eandem mensuram præstiterant, eandem etiam illi, qui & in solutione cessarunt, solvere debebant; argumento capitis *super *eo, hoc *rit. l. si *servus 50. §. si *numerus, ff. *de *legat. 1. quia calus dubii juxta regionis consuetudinem sunt decidendi, l. 6. ff. *de *usu. l. *quod *si *notis 31. §. qui *affidua 16. ff. *de *adult. *edit. l. in *nummis 75. ff. *de *legat. 3. l. 1. §. *ult. ff. *de *votis *inspe. Illustrant pluribus relatis *Quialdus lib. 15. *comment. cap. 1. *littera *F. D. *Joseph. *Vela, tom. 1. *differe. 20. *num. 27. S' vero diversas, & varias mensuras antecessores eorum in eadem regione perfolvabant, quia videlicet mensura, vulgo media fanega, ex tribus, aut quatuor modis constabat, pro diversitate locorum; tunc non ad majorem, sed ad minorem mensuram præstandam sunt cogendi ex benignitate, ne ecclesiastici tanquam exactores nimium videantur locus temporibus intrare, alias jure stricto ad majorem mensuram præstandam cogendi erant, ut docet Covar. in *cap. 4. *de *testam. *num. 5. quia cum in ipso voto exprimeretur mensura illa, videlicet que per primitias solvi consuevit, & illa mensura, vulgo media fanega, in aliquibus locis tribus, in aliis quatuor modis coustet, quatuor modios quilibet volentes cogendus erat.**

CAPUT XIX.

Idem a Casaraugust. Episcopo.

Cum olim ad aures nostras tuam querimoniam destinasset, quod te dil. fil. Abbas Sancti Joannis b. Præaceni quartis decimarum, quas in Ecclesiis de Luna, & de Paul debet percipere, multipliciter defraudaret. Et resera: His, & aliis, que coram prædictis iudicibus, & coram nobis fuere propolita, plenus intellectus, cum nobis plena fides facta fuerit, quod Ecclesie supradicte in tua sint diocesi constituta, non solum per alia, verum etiam per hoc ipsum, quod in instrumentum compositionum continetur expresse, ut Abbas tibi tam de quarta decimarum, quam de ceteris d. Episcopalis rationibus debeat respondere de consilio f. n. Abbatem Pramaten. ad integrum solutionem quartæ omnium decimarum, in illis & factis deductionibus, & ad præstationem procuratorum, & aliorum Episcopatum iurium in prædictis Ecclesiis condemnamus. Licet enim ex forma secundæ compositionis deductiones essent aliquæ faciende; quia tamen compositionem idem Abbas nullatenus approbavit, sed studuit multipliciter impugnare, ex ea non debuit beneficium consequi, cui renuntiasset tacite videbatur. Absonum erat prætere, ut negaret suam Ecclesiam in tua diocesi constitutam, super qua instrumenta prædecessoris tui ostendebat in jure monasterio fuisse concessa, per que quis Episcopus petebat expresse.

NOTÆ.

C Casaraugust. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc rit. c. 4. Supplementumque est, D. Ramiro de Castell. qui ex anno 1119. usque ad annum 1216. tenuit ipsam Cathedral. & velle sollicitus fuit de bonis ac proventus ipsius Ecclesie; unde ejus tempore Ecclesie illa mitè ditata fuit, ut refert Fr. Oudaeus a Mirillo in *hyst. Casaraug. c. 28. num. 9. De ipsi Metropoli nonnulla notavi in *cap. 1. *de *his *qui *vi. b. Præaceni. Ita legitur in tertia collectione, in sexta autem legitur *Præacensis, sed legendum est *Præacensis, quod per cerebra *Præacensis S. Joannis, vulgo *San *Juan de la *Penas, est infra fines veteris Comitatus Aragonici, in monte Arvelo adiacentem. A parvis initis, & tenui scilicet anachoretica cella, in celeberrimum totæ Hispaniæ monasterium, Pamplionensium, & Aragonensium Regum beneficium, & liberalitate pervenit, ut referunt plura de eo adduceat Joannes************

CAPUT XX.

Idem a Spoletano Episcopo.

Olim causam, quam adversus clericos plebis Ruspine super b. synodatico proponebas, v. f. n. e. Tudertino Episcopo, & dil. f. Abbati S. Petri montis Martan. committimus terminandam, coram quibus fuit ex parte tua propositum, quod cum eadem clericis olim prædecessoribus tuis, tres in festo Nativitatis, & tres in festo Resurrectionis Dominicæ pro synodatico solvissent denarios Papien. nunc tantum tres Luc. pro singulis denariis Papien. perfolvabant, cum duo Papien. valeant sex Luc. unde petebas eos ad Papientium solutionem nostram auctoritate compelli, cum essi tu Lucon. ipsos primo anno repereris, semper tamen postmodum jus tuum fueris protectus. Verum pars clericorum propositi ex adverso, quod essi aliquando prædecessoribus tuis denarii Papien. pro synodatico fuerint persoluti, tamen a xlv. annis. Est *vista: Nos igitur Jacobo tuo, & Joanni presbytero Papien. pro synodatico fuerint persoluti dil. fil. n. P. Bassite xlv. Apollolorum presbyterum Cardin. co-vellimus auditorem, quibus coram eo nihil volentibus, aut valentibus de novo proponere, quoniam fuerat renuntiatum utrinque, cum ipse gesta omnia in nostra, & fratrum nostrorum presentia retulisset, intelleximus, per testes tuos fuisse probatum, quod tempore boni mem. Lotharii prædecessoris tui, & etiam post decessum ipsius denarii Papien. fuerant pro synodatico persoluti, & exinde tres Lucon. quorum duo valebant v. de us qui hoc tempore sunt in usu, aliquando fuissent exhibiti: & quia a tempore d. Lotharii xxxvii. vel xxxiv. annorum spatium est elapsum, dicta etiam restium partis adverte infleximus, per quos voluit comprobare, quod a xl. annis, & infra tres Luc. vel tres medalie in synodaticum soluta fuerint pro singulis Papien. cum Papien. fuissent antea persoluti. Confessus quoque fuerat advocatus ipsius partis in jure, ac ejus confessio in scriptis redacta, nec correctæ, vel revocata per clericos supradictos, quod idem*

